

Test B1 – prima parte (comprensione)

Soglia al 75% (30 punti su 40 di cui almeno 4 negli es. 5 e 6)


Svolgimento in 90 minuti

Summarium

Claudia, virgo Vestalis, singulare exemplum virtutis praebet, et, patrem a tribuni cuiusdam insidiis defendens, mirabilem vim audaciamque ostendit.

1 Claudiam, Vestalem¹ virginem, digne ex Romanorum generoso² sanguine procreatam
2 crediderim, dum intueor³ insignem pietatem eius in patrem. Pompa⁴ quippe spectabili prae se
3 ex senatus consulto triumphum pater agebat, frequenti Romanorum spectante plebe, cum
4 tribunorum plebis unus, ob privatam simultatem⁵ in eum non aliter quam in male meritum⁶
5 prorumpens, se dedit in medium et insolenti⁷, more tribunicio⁸, audacia violentas manus in
6 triumphantem iniciens⁹, eum de curru evolvere conatus est. Quod cum inter spectantes
7 Claudia virgo conspiceret, illico¹⁰, urgente pietate commota, tristis et oblita sexus¹¹
8 honestatisque¹² vittarum quibus obiecta erat¹³, pati non potuit; quin immo, repente medias
9 inter catervas¹⁴ impetuosa¹⁵ prorumpens et sibi audaci nisu¹⁶ cedere turbam cogens, inter
10 tribuni arrogantiam¹⁷ et patris gloriam se indefesso¹⁸ robore immiscuit; et, amoto tribuno,
11 liberum in Capitolium¹⁹ patri concessit ascensum²⁰.
12 O dulcis amor! O infracta pietas! Quid credemus vires imbecilli²¹ corpori praestitisse²²
13 virginis, quid religionis oblivionem²³ iniecissem, praeter²⁴ eum cernere iniuria opprimi²⁵ quem
14 meminerat infantiae suae educatorem²⁶ et provectoris²⁷ aetatis instructorem²⁸?
15 Sed, ut de hoc satis dictum sit, quis ob hoc tumultuantibus hominibus²⁹ immixtam virginem
16 de inhonestate³⁰ redarguet³¹? Quis temerariam³² dicet? Quis tamquam in tribuniciam
17 potestatem ausam³³ iure damnabit? Enim adeo pulchrum atque memorabile³⁴ pietatis opus in
18 tutandum³⁵ patrium decus egit, ut etiam robustissimus³⁶ iuvenis acriori animo fecisse
19 nequiverit³⁷? Equidem non immerito³⁸ dubitem quis spectabiliorem³⁹ triumphum
20 reportaverit⁴⁰ an pater in Capitolium, an nata⁴¹ in aedem Vestae.

Glossarium

<p>1. Vestalem: sacerdotem Vestae 2. generoso: nobili 3. intueor (intueor, -eris, intuitus sum, -eri): video 4. Pompa: fastigio 5. simultatem: inimicitiam 6. in male meritum: in aliquem indignum 7. insolenti: sine modo 8. more tribunicio: sicut tribunorum mos erat 9. violentas manus in... iniciens: in eum impetum faciens 10. illico: statim 11. oblita sexus: quae non meminit se feminam esse 12. honestatisque: honestatem habet quod ad honorem pertinet 13. vittarum quibus obiecta erat:</p>  <p>14. catervas: turbas 15. impetuosa: magno cum impetu 16. nisu: impetu, vi 17. arrogantiam: superbiam 18. indefesso: strenuo</p>	<p>19. Capitolium: arcem Romae 20. concessit ascensum: permisit in Capitolium ire 21. imbecilli: sine robore 22. praestitisse (praesto, -as, praestiti, praestitum, -are): dedisse 23. oblivionem: oblivionem habet qui alicuius rei obliviscitur 24. praeter: nisi 25. iniuria opprimi: iniuriam pati 26. educatorem: magistrum 27. provectoris (provectus, -a, -um): crescentis 28. instructorem: qui instruit 29. tumultuantibus hominibus: inter homines qui tumultum faciunt 30. inhonestate: inhonestatem habet qui honestate caret 31. redarguet: redarguo aliquem de aliqua re: obicio alicui aliquid 32. temerariam: superbam 33. in tribuniciam potestatem ausam: eam quae tribunorum potestatem provocavit 34. memorabile: dignum memoria 35. tutandum (tutor, -aris, -atus sum, -ari): defendendum 36. robustissimus: fortissimus 37. nequiverit: non potuerit 38. non immerito: iure 39. spectabiliorem: magnificentiorem 40. reportaverit: egerit 41. nata: filia</p>
---	---

1 Scegli il riassunto che meglio corrisponde al testo (3)

1) Dum Claudiae pater comitante populo triumphum agit, tribunus plebis, privato odio adductus, se in medium coniecit et illum de curru deicere conatus est. Claudia tamen, sexus statusque immemor, viam sibi aperuit inter Romanorum turbam, se in medium posuit et omnes corporis animique vires revocans tribunum in fugam vertit. Inde patri securum triumphum concessit.

2) Dum Claudiae pater comitante laudanteque populo triumphum agit, tribunus plebis, invidia motus, in Claudiam turbae immixtam manus iniecit. Ea tamen, ad se omnes corporis animique vires revocans, tantam audaciam repugnavit atque eum pepulit. Inde patri concessit ut sine timore in Capitolium procederet.

3) Claudia, Vestalis virgo generoso sanguine nata, magnam pietatem in patrem suum ostendit. Patre triumphante, tribunus plebis, invidia motus privataque inimicitia, telum iniecit et triumphalem currum evolvere conatus est. At Claudia, oblita sexus, inter catervas prorupit et, omnes corporis animique vires revocans, tribunum amovit et patrem suum servavit. Sic triumphus celebrari potuit.

4) Claudia, Vestalis virgo, dum pater coram frequenti Romanorum plebe triumphum agit, adiuvante audacissimo tribuno plebis, repente medias inter catervas audaci nisu prorumpens et ad se omnes corporis animique vires revocans, patrem de curru evolvere conata est, ne liber in Capitolium ascensus ei permetteretur.

2 Indica se l'affermazione è vera, falsa o non deducibile dal testo (7)

	Verum	Falsum	Non liquet
1. Claudia, Vestalis virgo, ex antiquissimo sanguine Romano fuit			
2. Ex senatus consulto triumphum Claudiae pater agebat maximo senatorum concursu			
3. Dum Claudiae pater in curiam venit, tribunorum plebis unus eum adgressus est			
4. Claudia virgo insignem pietatem in patrem ostendit			
5. Patris amor imbecilli corpori virginis mirabilem audaciam et vim dedit			
6. Prae sexu honestateque vittarum, Claudia in tribunum impetum facere non potuit			
7. Auctor non dubitat quin Claudia indigna patre suo fuerit			

3 Scegli la risposta corretta (comprensione) (8)

Claudia fuit:

- a) virgo arrogans et insolens
- b) sacerdos Apollinis
- c) virgo magno animo et pietate
- d) numquam immemor sexus honestatisque suae

Claudiae pater triumphum egit:

- a) sine senatus consensu
- b) ex senatus consulto
- c) militibus acclamantibus
- d) populi Romani decreto

Claudia virgo:

- a) in mediam turbam, quia Vestalis erat, se non immisit
- b) oblita suae honestatis in medias catervas prorupit

- c) patrem adiuuare ausa non est
- d) per frequentem multitudinem ire non potuit

Credunt:

- a) Claudiam, Vestalem virginem, obscuro genere fuisse
- b) Claudiam, Vestalem virginem, se nobilem dixisse
- c) Claudiam, Vestalem virginem, nobili loco natam esse
- d) Claudiam, Vestalem virginem, generoso sanguine procreatam non videri

Unus tribunorum plebis:

- a) odio privato impetum in triumphantem Claudiae patrem fecit
- b) Claudiae patrem publice laudavit et celebravit
- c) stricto gladio Claudiae patrem interficere conatus est
- d) multis senatoribus adiuuantibus Claudiae patrem petiuit

Claudia pater:

- a) medias in catervas prorupit
- b) in Capitolium triumphalem curram egit
- c) audaci nisu turbam cedere coegit
- d) robustissimum iuuenem acri animo vicit

In tutandum patrium decus Claudia:

- a) patris vitam servare non potuit
- b) macula sceleris se contaminavit
- c) nobilem atque memoria dignam rem egit
- d) summam a senatoribus laudem consecuta est

Non dubitem quin:

- a) Claudia capitis damnata sit
- b) tribunus plebis consul factus sit
- c) Claudia patrem suum gloria aequaverit
- d) Romanae puellae publice Claudiam laudaverint

4 Scegli il sinonimo, o la spiegazione che meglio corrisponde al testo (8)

r. 1 **Vestalem virginem**

- a) uxorem quae Vestam colebat
- b) puellam quae simulacrum custodiebat
- c) mulierem quae Vestam colebat
- d) mulierem quae in Capitolio vivebat

r. 10 **amoto tribuno**

- a) ut tribunus pelleretur
- b) cum tribunus pulsus esset
- c) cum tribunum admovisset
- d) quia tribunus eam pepulerat

r. 5 **insolenti**

- a) nova
- b) miti
- c) superba
- d) rudi

r. 12 **imbecilli**

- a) senectute confecto
- b) ignavo
- c) valido
- d) sine viribus

r. 13 iniuria opprimi

- a) improbe agere
- b) iniqua pati
- c) iuste vindicari
- d) iure cedi

r. 16 Quis temerariam dicet?

- a) Quis vilem putaret?
- b) Quis imperitam putabit?
- c) Omnes timidam dicent.
- d) Quis nimis audacem aestimabit?

r. 17 memorabile pietatis opus

- a) factum quod erga patrem amorem ostendit et memoria dignum est
- b) scelus contra deos quod omnes meminerunt
- c) facinus pium, sed laude memoriaque indignum
- d) factum quod nemo memoriae tradere vult

r. 18 patrium decus

- a) patriae dignitatem
- b) patris dedecus
- c) patrum laudem
- d) patris honorem

5. Scegli la risposta corretta (grammatica) (8)

r. 3 frequenti Romanorum spectante plebe equivale a:

- a) postquam frequens Romanorum spectavit plebs
- b) quia frequens Romanorum spectaverat plebs
- c) cum frequens Romanorum spectaret plebs
- d) cum frequens Romanorum spectavisset plebs

r. 4 quam è:

- a) pronome relativo accusativo sing. femm. che ha come referente *simultatem*
- b) pronome relativo accusativo sing. femm. che ha come referente sottinteso *Claudia*
- c) avverbio
- d) congiunzione

r. 6 Quod è:

- a) pronome prolettico
- b) congiunzione causale
- c) pronome dimostrativo
- d) nesso relativo

r. 6 spectantes equivale a:

- a) qui spectabant
- b) ut spectent
- c) dum spectant
- d) cum spectavissent

r. 11 liberum è:

- a) aggettivo riferito a *ascensum*
- b) aggettivo riferito a *Capitolium*
- c) oggetto di *concessit*
- d) soggetto di *concessit*

r. 13 cernere è:

- a) il verbo di una subordinata infinitiva con sogg. *eum*
- b) un infinito nominale retto da *praeter*
- c) un sostantivo in abl. singolare
- d) un avverbio

rr. 15-16 quis... virginem de inhonestate redarguet? equivale a:

- a) non puto esse quemquam qui virginem de inhonestate redarguat
- b) manifestum est omnes virginem de inhonestate redarguere posse
- c) inter omnes constat virginem de inhonestate redargui posse
- d) nemo non virginem de inhonestate redarguet

r. 19 nequiverit (nequeo, -ivi e -ii, -itum, -ire) è:

- a) futuro anteriore con soggetto *iuvenis*
- b) congiuntivo perfetto retto da *ut*, fa parte di una prop. sub. finale
- c) congiuntivo perfetto retto da *ut*, fa parte di una prop. sub. consecutiva
- d) piuccheperfetto indicativo con soggetto *iuvenis*

6 Trasforma le frasi come viene indicato (6)

A. r. 3 ex senatus consulto triumphum pater agebat

Dicitur (anteriorità) _____

B. rr. 7-8 Claudia... urgente pietate commota pati... non potuit

Claudia quia _____ pati non potuit

C. rr. 9-10 Claudia inter tribuni arrogantiam et patris gloriam se indefesso robore immiscuit.

Omnes dicunt (anteriorità) _____

D. r. 16 Quis temerariam dicet?

Nescio quis (posteriorità) _____

E. rr. 17-18 memorabile pietatis opus in tutandum (tutor, -aris, -atus sum, -ari) patrium decus egit

memorable pietatis opus ... egit ut patrium decus _____

F. r. 19 Dubitem quis spectabiliorem triumphum reportaverit.

Quis spectabiliorem triumphum _____?